



Nf'12

20  
99aen

ACADEMIAE FRIDERICIANAE  
PRORECTOR  
**GEORGIVS FRIDERICVS**  
**MEIER**

PHILOSOPHIAE PROF. PVBL. ORDINARIVS  
ET ACADEMIAE SCIENTIARVM BEROLINENSIS SODALIS

NEC NON EIVSDEM

DIRECTOR  
ET RELIQVVS  
**SENATVS ACADEMICVS**  
ANNVA SACRA  
**PENTECOSTALIA**

AD D. XXV. MAII

INDICANT

t.

ADDITA HISTORIA

DOCTRINAE NICOLAI CLENIARDI  
DE MVHAMMEDANORVM AD CHRISTVM  
CONVERSIONE.



HALAE MAGDEBURGICAE LITTERIS HENDELIANIS.

БАЛАДИКИИ  
СОВЕТСКОЙ  
СОЮЗНОЙ  
СФЕРЫ

СЛОВЕНИЯ

ДИРЕКТОР

СОВЕТСКОЙ  
СФЕРЫ



In Actis Apostolicis relatum legimus, die, cujus jam recolitur memoria, per miraculum, Arabica quoque lingua glorioſiſſima & ſalutis feraciſſima Evangelii myſteria hominibus cœpiffe nuntiari. Ex Europa ut tale praconium iteretur, directum in Asiam atque Africam, ubi na- tiones habitant muhammedicæ, Arabico utentes sermo- ne, ſeculo XVI. mirus & ſtrenuiflum extitit hortator NICOLAVS CLE- NARDVS, Brabantinus, qui quadrageſimo ſecundo ſaeculi illius anno vitam cum morte communivat.

Hortabatur, ut ſacrum adverſus Muhammedem fuſcipiatur bel- lum, falſoqe illius dogmate conſutato, & ſalutis aperta janua, gentes, ejus conſectatrices, in verae religionis viam revocentur. Refutationem, docuit, ad omnes Muhammedanos dirigendam eſſe, ſolidis firmari oportere rationibus, & proferri ſermone, qui a Moſlemis intelligatur, ore ſtiloqe adhibito, ac humaniitate condiendam. Arbitrabatur, corru- ptis a Muhammedo gentibus omnibus lucem veritatis adferendam; ſed conſilium quoque amici memoravit, qui ante omnia magna Hispano- rum partis rationem habendam eſſe duxit, quam ſectæ hujus contagio viaverat.

Myſteria moſlemica ſuperſtitionis, atque rationes, quibus contra evan- gelium nitatur, censente CLENARDO, eum oportet i- nveſtigando

) 2 per-

*Actis apostolicis*, c. II, 11.

*Suſcipiatur bellum.* Nicolai Clenardi Epiftolarum libri duo, Antwerpiae, 1566. pag. 35. num. 15. p. 62. n. 25. 30. p. 63. n. 15. p. 64. n. 25. p. 195  
n. 30. p. 216. n. 30.

*Dogmate conſutato.* 62. num. 20.

*Aperta janua.* 47. num. 25.

*Religionis viam.* 51. num. 30. p. 62, num. 20;

*Hispanorum partis.* 28. num. 5.

perspexisse, qui contra illam recte pugnare velit. At, eodem monente, quæ vulgo in Muhammedem jacantur, sœpe valde inania sunt: nec credi fas est, si quid latinorum libris Muhammedi exprobratur; sed, quod ipsi profirentur in libris suis, hoc arripiendum est, & oppugnandum. Maxime autem ex Alcorano & Sunna deponi debent, quæ refutare velimus. Item jacula tentare convenit, quibus Muhammedis pugnare solent defensores. Expedit latine reddi, quicquid in superstitione ista positum est; ut cum doctis theologis communicari possit.

Ex opinione CLENARDI, disputationis cardo hic est. Probari oportet, quæ a nobis Iudeisque habentur, scripturas sacras, mansisse integras; evangelio præsertim nos uti pristino, & sic illud intelligere, quemadmodum intellexerint rei christiana proceres; perpetuum fore evangelium: sicut nos veteribus libris in Iudeos pugnemus, non armis; ita par esse, ut, teste Evangelio, nos confundent: Christum esse Deum, a Iudeis cruci adfixum, occisumque; humani generis redemptorem. Ostendendum est, sacerdotium Christi, legemve nec abrogatam esse, nec fore, ut unquam abrogetur: ipsos nihil agere, nisi ex novo aut ex veteri testamento. demonstrent, successorum Christo, Muhammedem: quod leges ceremoniales, Evangelio prodiit, antiquate sint, minime in ejusmodi successionem quadrare. Declarari convenit, Muhammedem non tuisse verum prophetam, multo minus Christo superiorem. Rejiciendus est personatus iste consolator. Altera certandi ratio in ipsa legis Muhammedice, Alcorani & Sunnæ, ratione consistit; utpote in quibus pleraque perridicula sunt. Verum enim vero, nisi supradictam doctrinam stabiliveris, frustra prolatis Sunna meniis, Moslemi oppugnabuntur.

Non latino sermone contra Muhammedanos disputandum. Id vero si nihilominus quis facit, is vibratensem, quem illi haudquam sentient. Arma capienda sunt, quæ hosti infligant vulnera. Arabica lingua opus est, si dirum istum orbis incubatorem profligare velimus.

*Pugnare velit.* p. 28. n. 10. & 15. p. 33. n. 5. p. 43. n. 35. p. 62. n. 20. p. 63. n. 5.  
*Et oppugnandum.* 28. n. 10. p. 33. n. 5. p. 43. n. 35. p. 44. n. 1. p. 197. n. 30.  
*Soleni defensores.* 29. num. 1.

*Theologis communicari.* 33. n. 10. p. 44. n. 5.

*Moslemi oppugnabuntur.* p. 28. num. 25. & 35. p. 29. n. 5. p. 34. n. 5. &c.  
p. 51. n. 20.

*Latino sermone.* pag. 35. n. 20. p. 62. n. 35. p. 215. n. 30.

*Haudquam sentient.* p. 34. n. 20.

*Infligant vulnera.* p. 62. n. 30. p. 216. n. 35.

*Opus est.* p. 33. n. 5. p. 35. n. 25. p. 52. n. 30. p. 62. n. 30. p. 219. n. 1.

mus. Superioribus temporibus latinorum græcorumque concilia habita sunt, & in iis agitate controversiae. Id sine linguae communione fieri non potuisset. Nam si christianorum nemo Græce scivisset, quid atrinuisset tales agi conventus. Si Lutherani nullam cum Romana ecclesia sermonis haberent societatem, sed sua quadam peculiari lingua libros de opinionibus suis consenserent, hasque docerent publice in concessionibus, opera certe saceret pretium, qui eo consilio linguam disseret haereticorum, ut errores posset confutare. Arabicæ vero sermonis idioma, quod vulgo vernaculum est, non expedit addiscere, sed illud, quo conscripti sunt Alcoranus, & cæteri codices, quibus Moslemorum dogmata continentur. Itaque consultum est, operam navare, ne desiat Europæ eiusmodi libri. Quodsi bibliothecam nostram ornamus gentilium libris, Platone, Aristotele, arque etiam Homero & Luciano, cur non aderunt libri, in quibus de religione pugna est.

Eminus stylo, oratione coram imperi debet ista errorum acies. Ibi nobis aliquando pugnandum est, ubi Muhammedicum dogma aper te profirentur; nullum est cerramen, ubi nemo se hostem præberet.

Causæ, quibus nos ad salutarem Moslemici populi curam adduci oporteat, hæc ab illo in medium proferuntur. Malæ magnitudo remedium poscit. Isto arabicarum litterarum præsidio Cæsarî legiones adjuvari convenit, & conjunctis copiis, Muhammedis incubationem tandem propulsari. Ut ne nobis Muhammedanorum salus neglectu sit, caritas postulat. Ad nos pertinet, quod illi pereant. Ab evangelio discedentem, quantum licet, revocare debemus. Errores, quibus gens Moslemæ involuta tenerit, turpes sunt, fœdi, impii, pestiferi. His obscuratur reparator generis humani, Christus, & ab illo homines abstrahuntur, adeoque miserrimi sunt. Accedit, quod superstitione ista disjectarum a Christo nationum tanta sit multitudo. Hæresis enim

¶ 3

hæc

Superioribus temporibus. p. 32. n. 10.

Posset confutare. p. 31. num. 30.

Dogmata continentur. p. 62. n. 35.

Pugna est. p. 197. n. 25.

Eminus stylo. p. 51. n. 20.

Hostem præbet. p. 47. 20.

Malæ magnitudo. p. 29. n. 20. p. 215. n. 25.

Tandem propulsari. p. 51. n. 30. p. 218. n. 35.

Caritas postulat. p. 32. n. 5. p. 218. n. 20.

Quod illi pereant. p. 35. n. 25. p. 215. n. 20.

Miserrimi sunt. p. 29. n. 20. p. 31. n. 30. p. 32. n. 2. & 5. p. 35. n. 15. & 25. p. 42. n. 30. p. 47. n. 25. p. 51. n. 10. & 30. p. 62. n. 5. & 25. p. 215. n. 20. & 25..

hæc totum fere terrarum orbem occupavit. Quid est hodie ecclesia christiana, si species addictas Muhammedi gentes? Nimirum quod olim Judæa fuit, cum reliquo orbe comparata. Eo magis autem dolenda est nationum harum jactura, quod homines alioqui satis pii sunt. Refutatio falsissimarum opinionum, quibus irretiti sunt, theologiae pars est. Nullum ex arabicae linguae studio meliorem possumus reportare fructum, quam si eam ad propagandam religionem nostram accommodemus. Certe id facere theologi est officium.

Successus spem diuise exprimit Clenardus, dicens: Si Christus adfuerit, aliquot e gentibus perditis in salutis viam revocatumiri; fortassis eventurum, ut salutis janua tot nationibus aperiatur; spem esse, ut illæ in viam aliquando redeant.

Attendamus, quomodo refellat, quæ consilio possint opponi. Illis autem occurrit, qui Muhammedanorum pertinaciam, multitudinem, antiquitatem, longinquitatem, curæque circa eosdem novitatem obiicere solent. De pertinacia hæc ejus est ratiocinatio. Dici: Muhammedanos nec rationibus nec miraculis moveri. Quod si bonum credatur argumentum, omnes in Judæa cessare debuisse apostolos. Cur enim conarentur ad Christum convertere, quos Christus ipse nec ratione nec miraculo commoverit. Sæpi nos peccare, sæpe moneri; & vix tandem aliquando resipiscere. Petitum a multitudine argumentum sic solvit. Non esse hæretin ejus generis, ut numero crecerat hæreticorum: &, quamvis, uno vel fortissimo milite prostrato, non confessim labascat acies; tamen, si vere concedat unus Arianus, de universa Arianorum caterva æctum esse. Antiquitatis difficultas hoc pacto tollitur. Non deterri nos oportere, quod novem saecula manserit secta. Veritatem temporum injuriis haud obnoxiam esse, sed tam alienam ab hoc damno, ut filia quoque temporis dicatur. Gloriam creatoris quandam tot annos oblitteratam fuisse ab hoste antiquo; & ramen, apostolicis auspiciis, conditorem orbis decus suum sibi potenter vindicandi.

*Reliquo orbe.* p. 29. n. 20. p. 35. n. 25. p. 52. n. 10. p. 62. n. 25.  
*Più junct.* p. 51. n. 10.

*Theologiae pars est.* p. 43. n. 1.

*Nostram accommodemus.* p. 43. n. 25. p. 62. n. 15.

*Theologi est officium.* p. 33. n. 30.

*Si Christus.* p. 62. n. 20.

*Fortassis eventurum.* p. 47. n. 25.

*Spem esse.* p. 51. n. 30.

*Aliquando resipiscere.* p. 211. n. 20.

*Æctum esse.* p. 52. n. 20.

vindicasse, spurcitie tot idolorum profligata. Idem in superstitione Muhammedis futurum. Hunc hodieque tam esse futilem, quam, cum uno fугeret comite, Abubecro: nec enim secula multa naturam mendacij mutare potuisse. Itaque tam nos etiamnum esse potentes adversus Muhammedem, quam initio crescentis dogmatis fuerimus. Contra obiectam secta longinquitatem ita respondetur. Fortassis putare nonniulos: hanc nationem longe a nobis distare: haereticis vero haec tenus obviam eundum esse, quoad nobis ab illis periculum sit; nec continuo contra eos arma capienda, a quibus tutam agamus vitam. Tantum adversus Muhammedem disputandum, ut nostri incolumes serventur, nec in falsam religionem se praepicent. Id si probetur, nos contrahere & in angustum deducere caritatem. Quasi vero contra LUTHERVM pugnatum sit, non, ut ipse respliceret, sed ne alios secum in perniciem traheret. Imo vero quicunque ab Evangelio discedat, eum, quantum liceat, a nobis revocandum esse, vel ultra Sauromatas verantem. Novitatis invidiam his verbis declinat: suam hanc de juvanda religione sententiam plerisque videri novam. Verum enim vero nequaquam ideo dissimulandum esse vulnus, quod verus sit: sed quando sit vulnus grave, faciendam esse medicinam. Quodsi majores nostros turpiter cessasse credamus, eadem in nobis haeret turpitudo, ne cessesse esse, si in cessando illos imitemur.

Tum invehitur in christianorum, maxime principum & doctorum, negligientiam Pigririae arguit antiquos reges, qui nascenti malo non statim adhibuerint remedium, antequam ex Arabia serperet in Graciam. Indignissimum esse, inquit, & valde dolendum, quod maiores nostri tot seculis cessaverint, neglegentesque tot nationibus, quae a Christo disiuncte sint, magna cum elade religionis christianae, Muhammedem passi sint regnare; quod nullus exortus sit, qui, cum impia secta in disputationem descenderit. Omnes alias disciplinas suos habere cultores; qui hanc sequeretur viam, ut Moslemos stylo, quem sentirent, oppugnaret, neminem exitisse. Non reperiri apud nos monumenta dictae sectae tam enucleata, ut, si quis cum Muhammedanis

Crescentis dogmatis, p. 52, n. 15, 25.

LUTHERVM; ipsum hic quidem haereticis annumerat auctor; sed alibi eidem favere deprebenditur.

Sauromatas versanrem, p. 31, n. 30, p. 32, n. 1, p. 35, n. 20.

Ilos imiremur, p. 35, n. 25, p. 52, n. 30, p. 217, n. 25.

In Graciam, p. 29, n. 20, p. 32, n. 20.

Neminem exitisse, pag. 35, num. 15, p. 51, n. 20, p. 52, n. 25, p. 62, n. 20,  
p. 215, n. 25.

nis congregdi velit, quānam sint eorum mysteria, indubitate possit asseverare. Neminem hucusque, quod sciret, apud Christianos lingua arabicam professum esse.

Nec minus præposteros agendi modos culpar, aliis sola vi rem aggreditibus, aliis ad argumenta inepta, sermonemve ignorum delapsis. Queritur: perperam Christianos hucusque restitisse. Non tam studuisse illos bellum gerere cum Numa, quam cuperint libenter arma adversus Tullum. Numam, conficto cum dea Ægeria congressu, populum continuisse; Tullum vim omnem posuisse in armis. Utrumque a Muhammede expressum. Primo enim hunc novas leges, quas stupidis Arabibus impofuerit, ad Gabrielem, angelum, retulisse, quo monitore, se se omnia mentitus sit gerere. Deinde, postquam fraus in suspicionem venerit, ipsum robur induisse Tullianum; & quos arte capere non potuerit, viribus sub novi dogmatis jugum misisse. De inquisitione, quam dicunt, Hispanica, sic judicavit CLENARDVS: illa subiectos Mauros impelli, ut metu simulent christianismum. Pergit idem: quæ vulgo a concionatoribus contra Muhammedanos proferantur, sèpe valde inania deprehendi; esse vero melius, tacere, quam ridiculum sacrostantæ religionis nostræ agere patrornum. Præterea non desuisse quidem inter christianos, qui fœtaram pestiferam libris latinis confutarent; sed ex illis ad nationes, solius arabicæ linguæ peritas, nullum fructum redundasse.

Hæc est CLENARDI de juvanda Muhammedanorum salute sententia; quinam ejus in illa fuerint conatus, alio loco a nobis expositum fuit. Ardor ejus in hortando & consiliu incipiendo executionem incitariissimus deprehenditur; laboris vero nihil mansit præter delineationem, & vim exempli. Hoc autem fertile fuit imitationis: in ecclesia evangelica primum; pedentim quoque in Romana. Sed plura subjugere veteri spatii angustia. Unum addimus: percari Cives, monemini & rogamin, pro nostra in vos pietate, ut sancte dies hos festos velitis transfigere. Propinquanti portis terculamento sinceras cum populo supplicationes opponamus, & vere respicientes, ad CHRISTVM configuramus, Satanici belli mortisque victorem, vtterunque casus fuerit, salvi apud bonum Dominum futuri.

P.P. in acad. Frid. d. XXIII. Mai. 1700 CCLX.

*Possit affeversare.* p. 33. n. 5.

*Professum esse.* p. 33. n. 1. & 5.

*Hucusque restitisse.* p. 51. n. 35.

*Jugum misisse.* p. 52. n. 1.

*Simulent christianismum.* p. 43. n. 15.

*Religionis nostræ.* p. 63. lin. 10. p. 197. n. 30.

*Arabicae linguae.* p. 33. n. 20. p. 44. n. 10. p. 62. n. 25. p. 215. n. 25.



Fc 322







20  
19 au

ACADEMIAE FRIDERICIANAE  
PRORECTOR  
**GEORGIVS FRIDERICVS**  
**MEIER**

PHILOSOPHIAE PROF. PVBL. ORDINARIVS  
ET ACADEMIAE SCIENTIARVM BEROLINENSIS SODALIS

NEC NON EIVSDEM

DIRECTOR  
ET RELIQVVS  
**SENATVS ACADEMICVS**

ANNVA SACRA  
**PENTECOSTALIA**

AD D. XXV. MAII

INDICANT

ADDITA HISTORIA

DOCTRINAE NICOLAI CLENARDI  
DE MVHAMMEDANORVM AD CHRISTVM  
CONVERSIONE.



HALAE MAGDEBURGICAE LITTERIS HENDELIANIS.

